quod ut maturius veniremus cum ceteris cruce signatis
personaliter transitum cum instancia magna postulan-
tem nobis quam omnibus aliis contra subcensum excessi-
cum prefigi terminum veniendi quam libentissime fecisse-
mus voluntas principum et emergens necessitas quia nondum fuerat
plene imperii pacata turbacio nostra desidia processis-
sent licet tamen cessacione more inde bona nostra in-
malum noceretur intencio vel laudem minuit et
fervore demum ad vocacionem apostolice sedis nostri vo-
cacio rebus imperii tranquillatis venimus et sollempni-
ter suscepimus diadema ut non multis exti-
tisse apostolice sedi nostra vexacio que de maioribus
et melioribus principibus Ytalie florentibus diu-
ciis et strenuitate virorum a nobis extitit assecu-
ta post suscepcionem vero imperialis corone per manus
reverendi patris domini G. nunc apostolici tunc episcopi
Hostiensis. iterum crucis signaculum recepimus atte-
ptimus vota votis et desidia desideriis aggravantes
deinde prosperis auspiciis regnum nostrum quod prius guer-
ris bonis suis et opibus erat exhaustum munitissi-
mas arces et inexpugnabiles municiones in re-
gnum tam a paganis quam a Sarracenis nostris rebel-
libus detentas et contra oportunitatem eas quas demum per belli-
cam potenciam nostre subiecimus dicioni in hoc tamen
inter ipsos labores et nondum pacate turbacionis tempore
subvencioni non defuimus terre sancte premittentes di-
lectos principes nostros ducem Bavarie et episcopum quondam
pretactum. ac plures alios in auxilium Damiate nun-
cios nostros nunciis frequenter et literis sepius incul-
cavimus urgentes monentes totum exercitum ut na-
valem classem nostram et ex forcium expectantes ne-
quaquam se ipsos ad Damiatam moverent pro certo nostram
presenciam secuturi. habitantes sed nostris precibus et
monitis pretermissis absque consilio virorum et prudentum
non expectato laudabilis nostre classis presidio incau-
te ductus est populus et incidit in lacum uno in laqueum
improvisum cuius inopinati casus incerti An-
selmum de Iustingen. tunc temporis marscalcum cum subsi-
dio militum et victualium subvencione transmis-
simus e vestigio militem comitem Henricum fide-
lem nostrum cum xl. galeis pro ipsius terre succursu
laudabiliter et magnifice dirigentes qui in salubriter ap-
plicans Damiatam et exercitu invento quia recepit in
preceptis a nobis ut legato sedis apostolice qui in ex-
ercitu preerat usque ad felicem adventum nostrum in-
tenderet et pareret, deorsum per flumen cum galeis ad
exercitum properabat non occurrentibus eis nunciis lega-
ti magistris videlicet domus milicie templi et domus
sancte Marie Teutonicorum et comite de Pescoru et ex parte
legati precipientibus ut rediret rediit cum eisdem
qui ad hoc venerant pro liberacione captivorum soldani
non reddentibus civitatem que in hunc modum commissa
extitit non ex interdicto quod in nuncionibus nobis
astruitur de inhibicione concambii Damiate pluries nostris
fuisse transmisse quia non est verisimile ut qui ad liberandam
terram sanctam expensis innumeris et in immensa solli-
citudine laboramus in eadem concambium quod optatum
finis nostre sollicitudini et laboribus advenisset
et fieri mandaremus. nos autem acceptis tam infeli-
cibus de amissione Damiate rumoribus ut tam
enormi dampno possemus competentibus remediis
obviare premissis ad sedem apostolicam nunciis ad
colloquium apud Verulas cum fe. re. reverendo pa-
tre Honorio pro disponendo et reformando passagio

maturius convenire ubi decrevit. verone dispositio
quod certum fortuito extitit impedita post elapsum tem-
poris spacium cum eodem apostolico apud Ferentinum
negocio exigente convenimus et ad exortacionem
et apostolica monita plus quam tunc nostrum requirebat
nostram inclinavimus maiestatem et Ierosolimitanum re-
gni heredem duximus feliciter in uxorem
ac statuto idem termino transfretandi dum pie recor-
dacionis .C. Portuensis episcopus et Theutonia et alii predi-
catores per regna diversa monitis apostolicis et statutis
demum rex Iohannes et magister domus Theutonicorum
nostris allectis promissionibus vel paucos vel infinitos
velud omnes retenti casum Damiate tam enorme
consternatos ad suscepcionem crucis inducere potuis-
sent ne pro hiis defectu contingeret negocium impediri
mentis destringentibus omittentes convenimus apud
sanctum Germanum cum venerabilibus viris .P. Albanensi
episcopo et pie memorie G. tituli sancti Martini presbitero cardinali ut
cavarentur omnes nostris largicionibus in premissis
termino passagii usque ad biennium prolongato persona-
liter transfretare promisimus et ducere mille milites
ad stipendia nostra tenendos ad biennium in subsidium
terre sancte mittere infra terminum prefixum per v. vide-
licet terminos .C. milia unciarum ad partes ultramarinis
statutis assignandis personis certum insuper chalan-
dras centum ac .l. galeas pro duobus milibus militum
cum ipsis termino passagium exhibere quibus sollempniter con-
stitutis misimus magistrum domus Theutoni-
corum pro militibus solidandis in opcione sua pote-
tes viros eligere strenuos et promittis sibi ad suam
prudenciam stipendia polliciti et ceteris insuper
passagium transitimus cum nobili viro principe et con-
sanguineo nostro lantgravio de marchia Turingie
in suevia. gratiam fecimus ut crucem assumeret et ex-
iret qui eandem marchiam tunc imperii
soli nostro tenere possemus valentem ultra .xx. milia
marcharum argenti parum sed addidimus ei decem
mena nostra .v. milia marcarum eligentes potius
utilitati nostre deesse quam commercio Ihesu cum exemplo
illius lantgravii ducis Limburch et aliorum principum
quos ad sumendum crucem largicionibus et promissis
induximus infinita se multitudo signavit sep-
tingentibus militibus per eundem magistrum ad nostra
stipendia solidatis magnos et pro Calabriis com-
de Calabris per diversas partes regni nostri statim misimus
de quibus octingenti preteris intempie tum mor-
te tum infirmitate impediti fuerint quod omnes non po-
tuerunt presentium sileri maior pars fuit fabricata tandem
instante passagio navigia calandras et .l. ga-
leis ad locum passagii non nobis sed ab antiquis
temporibus ordinata Brundusium videlicet ubi passum fi-
semper competencius consueverunt duci fecimus et pa-
rari nos personaliter in occursum clare memorie lant.
Turingie et aliorum venientium principum quibus ac-
cidentibus dum ad passagium redderemus gravi egri-
tudine a domino mittente visitati que sic nos ve-
hementer invasit ut mortem nobis medici sua-
dent sed ne pro absencia nostra contingeret passagium
impediri medicorum persuasione contempta in esti-
vi calore temporis non omisimus versus Brundusium
equitare ubi naves et chalandras pro principibus
et aliis peregrinis necnon pro septingentis nostris stipen-
diariis militibus sufficit expediebat singulis
pro quantitate rerum et numero personarum iussimus assignari